

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

956 - 961

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Du[binc]heim marcha habuimus, id est 18 [h<sup>o</sup>bis] et capella in eodem p<sup>r</sup>edio constructa, [que] habet ejusdem p<sup>r</sup>edii decimam, cujus pars tertia usui altaris est deputata, Argentinensem ecclesiam in honore [sanct]e dei genitricis Marię constructam [absque] omni contradictione fecimus heredem ea scilicet conditione, ut post utriusque nostre corruptibilis vite finem in anniversario obitus nostri die fratribus 5  
ib[idem] [deo] ejusque genitrici servientibus p<sup>r</sup>eter cottidiana stipendia, secundum quod posse videtur, in pane et vino et pulmento ministretur<sup>1</sup>. constituimus etiam, ut . . .<sup>a</sup> posteritate nostra proximus exstiterit, hujus p<sup>r</sup>edii advocatus constituatur. idem autem advocatus, si in legitimis placitis a [d]omino loci illius invitatus fuerit, si estate evenerit, frisingum ovinum unum, 12 panes, situlam vini, si autumnali 10  
vel hiemali, frisingum porcinum . . .<sup>b</sup> denarios valentem, panes 12, situlam vini ad servitium accipiat. quicquid etiam in illo banno temeritatis vel injusticie acciderit, ad illam dominicam curtem . . .<sup>c</sup> et t<sup>r</sup>eciam partem advocatus accipiat. petimus ergo in dei ubique regnantis nomine, ne ullus heredum nostrorum hanc traditionis 15  
cartam infringat. si autem, quod absit, aliquis s[ucce]ssorum vel heredum n[ost]rorum 15  
instinctu diaboli infringere temptaverit, [iram] dei omnipotentis incurrat et insuper ad p<sup>r</sup>arium regis sex [l]ibras auri persolvat; traditio autem inconversa perm[an]eat.

acta sunt autem hec in civitate Argentina anno dominice incarnationis 956, regnante Ottone [magno]<sup>2</sup> 16 anno regni ejus<sup>3</sup>, Outone p<sup>r</sup>esule, Liutolfo duce, Hugone comite, Harivvigo advocato; in horum p<sup>r</sup>esentia testium: Uuiserici et fratris 20  
ejus Azzonis, qui hanc traditionis cartam [fecit], Ebbonis, Herivvigi, Hugonis, Meribotonis, Adelhelmi, Uuezel[on]is, Gunzonis, Herzonis, Willonis, Diecelini, Engezonis, Bernoldi, Engelboldi, Becelini. ego Turandus cancellarius scripsi et subscripsi.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2707 cop. mb. sec. XII. Durch Feuchtigkeit scheint das Pergament sehr gelitten zu haben, so daß Vieles verwischt ist.* 25

41. *Bischof Udo von Straßburg schenkt den an der Kirche der heiligen Maria daselbst dienenden Brüdern in der Ortenau und im Elsass gelegene Güter, deren Leistungen und Abgaben er genau bestimmt. 961.*

: In nomine sanctę et individue trinitatis. divina favente clementia. : quoniam litteris more sanctorum patrum sub brevitate solemus annotare, que successorum 30  
nostrorum memorie desideramus commendare, notum sit igitur cunctis Christi fidelibus tam p<sup>r</sup>esentibus quam futuris, qualiter ego Odo gratia dei Argentoratensis ecclesie licet indignus episcopus p<sup>r</sup>edium unum, videlicet decem octo mansos ejusdem

a) total verwischt, vielleicht quisquis in zu ergänzen? b) von der Zahl nur noch der Grundstrich einer 1 am Ende sichtbar. c) Lücke von 4—8 Buchstaben. 35

<sup>1</sup> Im *Necrol. eccles. Argent.*: kalendis maji Uuiserich laic. ob. de Dubinheim mod. 2 frisch. 3 pulli 20 sit. v. 6. *Mones Anzeiger* 1838 S. 14.

<sup>2</sup> Ueber den Beinamen Ottos I als des Grossen vornehmlich nach der Schlacht auf dem Lechfelde vergl. Köpke-Dümmler *Otto d. Gr.*, S. 263 und 522.

<sup>3</sup> Die Regierungsjahre um 4 zu niedrig angesetzt. 40